Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

opis

sr. ch.

bitrati sunt quod plus essent accepturi. Acceperunt autem et ipsi singulos denarios. Et accipientes murmurabant adversus patrem familias dicentes: Hi novissimi una hora fecerunt et pares illos nobis fecisti qui portavimus pondus diei et estus. At ille respon-

divini non sectatur. Crisostomus. Vel ociosi fuerunt non peccatores: illi enim mortui dicuntur. Ociosus est ergo qui opus dei non operatur. Vis ergo non esse ociosus? Nec aliena tollas et de tuis des et operaris in vinea domini misericordie vitem colens. Sequitur. Et illis dixit: Ite et vos in vineam meam. Non quod solis primis convenit spondere dare denarium. Alios autem sub incerto pacto conduxit dicens: Quod iustum fuerit dabo vobis. Sciens enim dominus quod prevaricaturus fuerat adam, et omnes postmodum in diluvio fuerant perituri, certum pactum fecit ad eum ne quando diceret ideo se neglexisse iustitiam quia nesciebat quid pro ea fuerat recepturus. Istis autem non fecit pactum quia tantum paratus est reddere quantum mercenarius recipere non sperabat. Origenes. Vel quia operarios tercie hore non invitavit ad totum opus, sed quod pro eis perficiunt operari suo iudicio reservavit. Poterant enim

dens uni eorum dixit: Amice non facio tibi iniuriam. Nonne ex denario convenisti mecum? Tolle quod tuum est et vade. Volo autem et huic novissimo dare sicut et tibi. Aut non licet mihi quod volo facere? An oculus tuus nequam est quia ego bonus sum?

equale opus facere in vinea eis qui et mane sunt operati; quicumque tamen ipsi prebere volebant operantem virtutem ad opus extendere, quecumque non fuerat operata. Gregorius. Sexta quoque hora est ab abraham ad moysen. Nona est a moyse usque ad adventum domini. Unde sequitur. Iterum autem exiit circa sextam et nonam horam et fecit similiter. Crisostomus. Ideo autem coniungit sextam et nonam, quia sexta et nona generationem vocavit iudeorum et frequentavit cum hominibus disponere testamenta, quasi definito salutis omni tempore iam appropinquante. Gregorius. Undecima vero hora est ab adventu domini usque ad finem mundi. Operator ergo mane, hora tercia, sexta et nona antiquus ille et hebraicus populus designatur, qui in electis suis ab ipso mundi exordio dum recta fide deum studuit colere, quasi non destitit in vinee cultura laborare. Ad undecimam vero gentiles vocantur. Unde sequitur. Circa

sr. ch.